HRABANUS MAURUS
Österreich, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut inde pena ueracit sumeret. unde culpa neglegent admisisset.
In quinto aut anno regni roboam ascendit sesac rex egypti in
hierlm. et tulit thesauros domus dni. et thesauros regios. et
uniuersa diripuit. scuta quoque aurea que fecerat salomon. pro quibus
fecit rex roboam scuta erea. et tradidit ea in manu ducum scutariorum
et eorum qui excubabant ante hostium domus regis. Cumque ingrederetur
rex in domum dni. portabant ea qui pecundi habebant officium. et
postea reportabant ad armamentarium scutariorum. De quo itaque rege
in libro paralypomenon plenius narratur ubi hoc modo legitur. Anno
autem quinto regni roboam. ascendit sesach rex egypti in hierlm.
quia peccauerunt dno cum mille ducentis curribus et lx. milibus equitum.
nec erat numerus uulgi quod uenerat cum eo ex egipto libies scilicet
et trogodite et ethiopes. cepitque ciuitates munitissimas in
iuda. et uenit usque in hierlm. Semeias autem propheta ingressus est
ad roboam. et principes iuda qui congregati fuerant in hierlm.
fugientes sesach dixique ad eos. Hec dicit dns. Vos qui reliquistis
me. et ego reliqui uos in manu sesac. Consternatique principes
isrl et rex dixerunt. Iustus est dns. Cumque uidisset dns quod hu
miliati essent. factus est sermo dni ad semeiam dicens, quia humilia
ti sunt non disperdam eos. daboque eis auxilium pauxillum. et non stillabit
furor meus super hierlm per manum sesac, ueruntamen seruient ei. ut
sciant distantiam seruitutis mee et seruitutis regni terrarum. Recessit itaque
sesac rex egypti ab hierlm sublatis thesauris domus dni. et
domus regis. omnaque secum tulit. et clypeos aureos quos fecerat sa
lomon pro quibus fecit rex eneos et tradidit illos principibus scutariorum
qui custodiebant uestibulum palatii. Quod quoque per figuram hanc hoc insinu
at. quia peccatum roboam sesac rex egipti de domo dni thesau
ros abstulit. et thesauros regios. non quia mali rectores propter ne
glegentiam suam regem egypti. hoc est principem tenebrarum in hierlm